



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in  
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

**Krimer, Ferdinand**

**Augustæ Vindelicorum, 1706**

§. III. An causa desinat esse integra, si delegatus jurisdictionem  
commissam subdelegavit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73031)



fuerit, loquendo de motione *continuati-  
vè*, ac per ordinem ad quoslibet effe-  
ctus, qui nascuntur ex eo, quòd pars con-  
venta respondeat petenti; secus *inchoa-  
tivè*, & per ordinem ad effectum, quon-  
iam inducit usus jurisdictionis delegatæ secun-  
dum dicta *ex cit. c. Licet*, 30. ubi ad qua-  
sitionem, an, cum tribus delegatis com-  
mittitur causa ea lege, quòd, si non om-  
nes possint commissioni exequendæ ad-  
esse, ut si unus, qui alteri delegavit, mor-  
tuis sit, & alter recusetur, superstes pos-  
sit procedere, suo, & defuncti nomine?   
respondit Pontifex: quòd si jurisdictione  
à suo Collega sibi delegata *eo vivente uti  
non ceperit*, quia mandatum hujusmo-  
di re integra morte mandatoris expira-  
vit: non habet solus officium judicandi:  
si verò *ante mortem illius jurisdictione  
uti ceperit* taliter demandata, vices suas,  
& alius poterit adimplere.

## §. III.

An causa desinat esse integra, si dele-  
gatus jurisdictionem commissam sub-  
delegavit?

1605. **A**ffirmativam sequuntur plures relati  
à Sanchez *cit. n. 18.* sed probabilius  
est contrarium, id, quod tenet Sanchez  
*loc. cit.* & alii complures. Quia jurisdi-  
ctio delegata non perpetuatur, nisi dele-  
gatus usus sit jurisdictione sibi delegata:  
at per hoc præcisè, quòd delegatus sub-  
delegaverit, non est usus jurisdictione de-  
legata, sed *ordinaria*, virtute legis (non  
delegationis) competente delegato. Nam  
lex delegato concedit in his, vel illis ca-  
sibus, potestatem subdelegandi; ergo.  
Et quoniam lex non distinguit, an sub-  
delegatio fiat præsentibus, vel absentibus  
partibus, in utroque casu dicendum pro-  
babilius esse, ex sola subdelegatione non  
firmari jurisdictionem delegatam, nec di-  
ci posse, juridicè causam esse ceptam,  
& desuisse esse integram; id, quod con-  
firmari potest ex dictis, tum sententiæ re-  
quirentis ad hoc litis contestationem, vel  
saltem partis citationem.

1606. Præter dicta quæri potest 1. an per re-  
scripti præsentationem res desinat esse in-  
tegra, & firmetur jurisdictio? Resp. *ex  
dictis n. 1596.* constare, quòd non, quia

acceptare rescriptum, & jurisdictionem,  
non est, *eo uti*; ita Sanchez *l. 8. matr. D.  
28. n. 19.*

1607. Quæri potest 2. an jurisdictione ad plu-  
res causas, vel circa plures personas, in  
uno rescripto delegata, firmetur, per u-  
nam v. g. citationem, quoad omnes: re-  
cum distinctione, & concedo firmari quo-  
ad omnes per unicam citationem commu-  
nem, nimirum omnium; non autem, si  
citatio facta sit solum particularis, nimi-  
rum, *unius tantum ex illis*, quorum cau-  
sæ commissæ sunt. Ratio primi est; quia  
per talem citationem *universalem* causa  
jam cepta est, quoad omnes; per parti-  
cularem autem, non quoad non citatos;  
ex quo habetur ratio secundi.

1608. Dices: rescriptum, de quo in præsens,  
est unum; ergo cum citatione particula-  
ri utatur eo rescripto; & usu rescripti fir-  
metur jurisdictione rescripto delegata, cita-  
tione particulari firmabitur quoad omnes.  
Resp. usu rescripti firmari jurisdictionem  
quoad omnia in illo contenta, etiam si plu-  
ra sint, & diversa, si rescriptum sit unum  
tam formaliter, quam materialiter; non  
autem, si unum solum materialiter, sed  
formaliter multiplex; ita Sanchez *cit. n.  
25.* Molina *de Just. Tr. 5. D. 19. num. 4.*  
Ratio est: quia rescriptum ad diversa, &  
independentia, perinde se habet, ac si fo-  
rent rescripta distincta. Sic stipulatio-  
nes multiplicentur ad multipliciterem re-  
rum specialiter designatarum, ut dicitur  
L. *Scire debemus*, ff. *de Verb. obligat.*  
Aliud est, si rescriptum contineat plura,  
sed connexa; vel plura, non tamen spe-  
cialiter designata, sed una universalitate;  
tunc enim censetur adhuc unum, etiam  
formaliter; & usus unius, censetur etiam  
usus circa reliqua, quatenus commissæ  
sunt; ita illi. Dixi, rescriptum censi  
unum etiam formaliter, si contineat plu-  
ra, sed connexa, intellige, inseparabili-  
ter, & ubi dispositum in uno, altero ne-  
go, careret effectu. Unde sub hac li-  
mitatione intelligendum venit axioma il-  
lud: *connexorum idem est iudicium*, ex  
quo aliqui nimis liberaliter procedunt,  
ut ostendit solidis omnino responsis P. Ni-  
colaus Rayeus in Examine Juridico-Theo-  
logico Præambulorum ad exhibitionem  
errorum P. Danieli Papebrochio; imputa-  
torum



torum à P. Sebastiano à S. Paulo, *preambulo* 3. à n. 2.

1609. Ex dictis colliges 1. quando alicui delegatur munus aliquod (v. g. visitandi aliquam Ecclesiam curatam, vel Monasterium) cujus exercitium citatione non indiget, jurisdictionem dici ceptam, consequenter rem non amplius esse integram, per primum usum talis muneris circa aliquid eorum, ad quæ tale munus se extendit; quia nec citatione juridica, nec litis contestatione indiget, ut dicatur *cepta*.

1610. Ex hoc colliges. 2. idem dicendum in rescriptis *gratie faciende*. Nam hoc ipso, quod cum *authoritative*, hoc est, *communi virtuti rescripti* ad te voces, cui gratia facienda est, jurisdictione cepta est, & negotium jam non amplius est integrum, consequenter non expirat jurisdictione, & potestas exequendi gratiam, licet ante executionis finem delegans moriatur. Nam in rescriptis gratiæ non habet locum judicialis citatio; sic Felinus in *c. Pastoralis*, §. *quoniam*, h. t. n. 3.

1611. Collig. 3. si, postquam accepisti rescriptum, ut inter Oratores dispenses in impedimento matrimonij, vocasti testes ad examinandum, *an preces veritate nitantur*? Jam negotium esse ceptum, nec amplius rem integram, consequenter te nihilominus posse procedere ad dispensandum, licet Pontifex, qui hanc gratiam, faciendam illis, tibi delegavit, ante dispensationem factam decesserit; quia sic decessit, re non amplius integra.

1612. Dixi *n. priori*, in rescriptis *gratie faciende*. Difficultas est, quænam rescripta contineant *gratiam jam factam*; quæ primò *faciendam*? Sanchez l. 8. matr. D. 28. n. 87. dicit, dupliciter fieri posse rescriptum *gratie*, 1. quando alicui sic committitur facultas de provisione *certæ personæ* in aliquo beneficio, vel absolutione, aut dispensatione facienda in favorem ejus, qui providendus, vel absolvendus, aut dispensandus est, *ut liberè uti possis ea facultate*. 2. *ut tenearis eâ uti ex mandato, vel precepto*. In primo casu dicit, rescriptum continere *gratiam faciendam*; in secundo casu, *factam*. Rationem dat, quia in priori casu nemini est jus quæsitum per eas literas, seu rescriptum. Non pro-

Tom. I.

*visuro*; quia, ut ponit casus, facultas ibi non conceditur in ejus favorem; non *providendo*; quia relinquitur arbitrio providentis: ubi autem hic tenetur præstare gratiam, nihil requiritur, nisi mera executio, adeoque gratia jam est facta; sic ille.

Suarez l. 8. de legib. non approbat hanc doctrinam, quod, ubi delegatus tenetur exequi rescriptum, *gratia censeatur facta*. Quia illa obligatio, seu necessitas præstandi gratiam, transit in mandatum; mandatum autem expirat morte mandantis, si contingat re integra, ut habetur in *c. Relatum*, 19. & *gratum*, 20. de offic. delegat. L. *mandatum*, C. *mandati*: ergo etiam tali casu expirat ea gratia; quod tamen non fieret, si jam esset *facta*. Et ideo cum Molina tract. 5. de Just. D. 20. n. 4. docet citatus Suarez, attendendum, *ad quem rescriptum dirigatur*? si enim ad te dirigitur data tibi facultate, vi cujus eligas Confessorem, qui te absolvat, aut dispense, aut tibi de beneficio provideat, gratiam censeretur *factam*, sive Confessor ad id faciendum obligetur, sive non; quia gratia sic concessa jam est quasi dispensatio facta in re: at verò, si rescriptum directè referatur ad alterum, ut tibi provideat, te absolvat, vel tecum dispense, gratiam non esse factam, sed *faciendam*. His non obstantibus:

1613. Sententiam Patris Sanchez probabiliorum judicat Castropalaus P. 1. tr. 3. D. 4. p. 16. §. 2. n. 3. cum Garcia de benefic. p. 6. c. 2. §. 3. à n. 304. quia in hac questione attendi debet, *cui gratia in effectu fiat non, ad quem rescriptum referatur*; sed in effectu gratia fit *dispensando*, sive rescriptum referatur ad dispensantem, sive ad dispensandum, si dispensans tenetur dispensare. Nam sive mandetur Sacerdoti, ut tecum dispense; sive tibi dicatur, ut eligas Sacerdotem, qui tecum dispense, ex obligatione, ut hoc faciat, in tui favorem rescriptum fit. Unde non solum rescriptum, in quo tibi conceditur beneficium primò vacaturum; sed etiam, quo mandatur Ordinario, ut tibi conferat beneficium primò vacaturum, rescriptum continet gratiam *factam*. Nam in utroque casu non tam Ordinarius tibi confert, quàm exequatur gratiam à Pontifice factam;

X x 2



etiam; in utroque enim habes jus ad beneficium primò vacaturum.

1615. Ad rationem in n. 1613. Resp. dupliciter alicui imponi posse *mandatum* de faciendò aliquid, primò, *quando gratia fit* alicui in effectu; secundò, quando nondum fit in effectu; quo posito: dist. maj. illa obligatio, seu necessitas transit in *mandatum de gratia, que in effectu fit*, C. secus, N. ma. si in effectu fieret, non tam haberet rationem gratiæ ipsi factæ, sed potius oneris; dist. min. sed *mandatum* expirat morte mandantis re adhuc integra, quando in effectu fit *mandatario*, C. tertio, N. min. & sub eadem distinctione consequ. *Mandatum* igitur datum alicui, ut provideat tertio, huic actu tribuit jus ad id, in quo providendus est, consequenter continet gratiam in effectu illi factam; tale autem *mandatum* non expirat morte mandantis, cum coipso res (utpote *facta*) non sit integra.

1616. Hanc tamen doctrinam limita, ut *mandatum de providendo* tunc contineat gratiam *factam*, quando est de providendo *certæ personæ, in re certa, & determinata*; nam in re *incerta, & non determinata* non potest dici *gratia facta*, sed *facienda*; tunc enim pendet adhuc ex arbitrio *mandatarij determinatio rei*; sicut nec, si non determinatur *persona cui*. Quidquid enim alicui fit, & *factum esse* dicitur, in *persona determinata* fuit, aut *factum est*; hoc autem contingere non potest, cum non determinatur, in quo fiat; sic Molina *cit. n. 2.* Requiritur etiam aliqui, ut *gratia dicatur facta*, in eo, cui fit, acceptationem, quia est quædam donatio, quæ non censetur *facta* prius, quàm accedat *donatarij acceptatio*; sed aliud est, ut *gratia sit facta ex parte concedentis*; aliud, ut sit *firma, & revocari non possit à concedente*: acceptatio ad secundum, non ad primum requiritur; ita Suarez *l. 8. de legib<sup>o</sup>, c. 31. n. 21.* Sanchez *cit. l. 8. D. 28. n. 43. & 69.*

#### §. IV.

An, & quomodo potestas delegata per rescriptum, finiatur per revocationem delegantis?

1617. Supponendum, quòd, si habens jurisdictionem ordinariam, eam alicui delegavit, etiam ad universalitatem causa-

rum, sive pro interno, sive externo foro possit eam pro arbitrio revocare; cum sic utatur jure suo, & disponat de re quasi propria. Delegatus enim non in vi jurisdictionis suæ, sed delegantis operatur; ita Felinus in c. *Novit*, 13. de *Judic. à n. 80.* Sanchez *cit. D. 33. à n. 6.* Hinc quando dicitur, *jurisdictionem finire revocatione delegantis*, sensus est, eam expirare *in persona*, cui commissa fuit; non *in se*, cum maneat in delegante.

Quæstio autem est, an jurisdictione delegata finiatur in delegato per revocationem delegantis, etiam quando res non amplius est integra? responsio est affirmativa juxta *L. 58. ff. de Judic. ibi: judicium solvitur, prohibente eo, qui judicari jussur*; quod verum esse vult glossa *ibid.* etiam si revocatio fiat post litem contestatam; & quidem, ubi causa revocandi *justa est*, etiam licet; *si revocatio non cedit in damnum tertij, vel mandatarij.* Mandans enim, loquendò universim, etiam re integra, *mandatum* revocare potest, *secusò aliorum damnò*; constat ex *§. 9. Instit. Quomodo mandatum finiatur*, ibi: *rectè quoque mandatum contractum, si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.* Nam si revocatio fieret *re non integra*, usu jam factò, ratione cujus interest *mandatarij*, ut si sumptus jam fecisset, *indemnis servandus est à mandante*; *arg. L. 15. ff. cod.*

Quæstio est 2. quando talis revocatio sortiatur effectum, in ordine ad hoc, ut in delegato finiatur jurisdictione commissa? Resp. quòd non nisi postquam literæ revocationis Commissario fuerint præsentatæ, ac intimatæ, *cit. L. 3. & c. cum contingat*, 24. de *rescript.* ubi querenti propter literas ad diversos Judices impetratas super aliqua lite dubitatio nascitur, cui *mandato parendum*? an primo? an secundo? Innocentius III. *Archi-Episcopo Rothomogeni* rescriptit: credimus distinguendum: an, cum primum *mandatum recepisse dignosceris*, tibi forsitan innotuerit inter illos, & alios super jurisdictione discordiam suscitatum, an super hoc nihil omnino scivisti? Et quidem si super contentione hujusmodi nihil tibi penitus innotescat, cum primum *mandatum recipere te contingit*: illud debes humiliter executioni mandare. Sed si postea con-

tra-